

## Horologium Spirituale Scholasticorum Societatis Jesu

Dirckinck, Johann [Osnabrugi, 1696

XII.	Iuvandi	animas	in	purq	atorio.
	,			1 3 -	

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55025

nos tuos roga, ut pro te Deum laudent, & gratias agant. Idem rogabis à Fratribus tuis. Nec desint sestiva colloquia, qua gratitudinem & vocationis amorem sonent. Sic Sanctum, purumque ac Deo gratum celebrabis convivium, diem que hunc celebratis convivium, diem que hunc celebratis des & gratias novas reportabis.

Ci

91

r

n

## PRAXIS XII.

Juvandi animas in purgatorio. I. Cl sacerdos sis, missæ sacrificium pro Idefunctis offer, præsertim si privile. gio gaudes animam quovis sacro liberan. di ; quale S. P. noster Ignatius à Julio III. Pontifice obtinuerat. Vel saltem lege ad alcare privilegiatum. Quando ad alios fines legendum est, saltem secundaria intentio applicetur defunctis, & addaturefficax Memento, S. Augustinus petit, ut ad altare meminerint Monicæ Matris suæ. L. 9. Conf. c. 13. Si nondum sacerdotio initiatus es, sacrum, cui interes, pro defunctis offer. Vel etiam sacra ab aliis tibi oblata, aut ad intentionem tua facienda, defuncis applica.R.P.FranciscusPiccolomineus Socie-

in purgatorio. cietatis nostræ Generalis omnia sacra, que quot hebdomadibus ad ejus intentionem celebrabantur, offerebat pro defunctis, ut iplæ expedirent feliciter negotia, pro quibus illa destinari ab eo possent.

&

us

.3.

it.

m

e-

i-

II. Offer pro anima quapiam communionem præsertim die communionis generalis; pro qua Bullam Societati dedit Urbanus VIII. Anno 1634, quæ pietas Romæ cæpta, inde in Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium propagata est: Conceditur autem in Bulla communicanti, si more consueto oret pro concordia principum &c. plenaria indulgentia, quæ defunctis applicari possit.

III. Orapro defunctis: sancta enim & salubris est cogitatio pro desunctis exorare. 2. Mach. 12. Recita itaque Horas Canonicas, officium B.V. Officium vel officiolum defunctorum, rosarium, psalmos pœnitentiales, quos S. Bernardus pro Matre sua Aleida recitabat: vel psalmum Miserere, vel de profundis, quem tempore mensæ cum suis orabat Thomas Morus Angliæ Cancellarius; inter exeundum è triclinio, vel inter lavandum manus eun-

dem

dem recitabat P. Joannes Cornelii Martyr in Anglia. Transiens cœmeterium, precare defunctis requiem dicendo: da requiem eunctis Deus hîc & ubique sepultis: Ut sint in requie propter tua vulnera quinque. S. Aubertus Episcopus Cameraeensis, requiem defunctis apprecans, vocem, audivit seu geniorum seu manium respondentium: Amen.

IV. Omnia bona opera vel partem satisfactoriam applica defunctis, exemplo SS Christinæ, Gertrudis Lydwinę, Theresiæ, Alexandri VII. Nostri Joannis Ximenez, P. Monroy, P. Munsort, & aliorum.

V. Eleemosynam da vel procura dandam prosolatio defunctorum. Eleemosyna à morte liberat, & ipsa est qua purgat peccata & facit invenire misericordiam. Tob. 12. Hinc innumere fundationes &c.

VI. Jejunia, cilicia, flagellationes offer. S. Tetta soror Regis Anglie jejunabat pro solatio desunctorum: cilicio se incingebat P. noster Christophorus Mendoza Martyr in Paraquaria. Quot noctibus acriter se flagellabat P. Petrus Arriaga. Forti animo dolores & adversitates tolerabat P.

An-

An

Fra

èpu

elec

&

oa

rico

ima

tan

ribi

ma

dol

ciet

put

in i

tan

me

tot

ad

fui

S. ]

rio

erg

iis purgatorio. 35 Antonius Daniel S. J. Martyr in Nova Francia, & Martyrio luo plurimas animas epurgatorioliberavit. Ad preces, jejunia, eleemosynas pro animabus, alios privatim & publice pro concione excitabat P. Joannes Rebellus S. J. Alii libros de milericordia defunctis exhibenda tractantes & imagines, quæ animas purgantes repræsentant, distribuebant. Imitare, juva pro vitibus, tum quia tormenta sunt acerbissima, tum quia diuturna. M. Antonius Rudolphinus quatuor, & Celsus Finettus Societatis Scholasticus duobus annis suit in purgatorio teste P. Lancicio, licet nullam musimperfectionem Romæ illis cohabitans notârit. Ludovicus Imperator cognomento pius 33. añis. Carolus M. Imperator tot Ecclesiar undator ab Anno 814. usq; ad Annum 824. in purgatorio cruciatus fuit. De Innoccutio III. Summo Pontifice S. Ludgardi revelatum, eumin purgatorio cruciandum usq; ad diem Judicii. Esto ergo misericors: nam Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. PRA-

yr

a-

m

Jt

1-

]=

n,

11-

a-

10

e-

7.

1-

ra

2.

0

經濟